Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799

Quelle:
Copyright:

Quattuor hec ligna concurrunt in cruce digna.
Cedrus cum palma, pariter cipreſſus oliua.
Eſt timor in fundo, ſed ſpes conſiſtit in alto.
Eſt amor in lato, longum cape fine beato.

Verſus de matrimonio:

Vnus ſemper erit compatrum ſpiritualis,
Alter carnalis; nec fallit regula talis.
Quae mihi, uel cujus mea natum fonte leuauit,
Haec mea commater fieri mea non ualet uxor.
Siqua meae natum non ex me fonte leuauit,
Hanc poſt fata meae non inde uetabor habere.

CCLXI.

R. 78 Codex chartaceus ital. lat. Sec. XV. Folior. 177. 8. bene ſcriptus, rubro diſtinctus, et oblatus Bibliothecae a. 1721. a *Thoma M. Alfano* O. P. de quo pluries mentio, conſtat piis quibusdam Tractatibus hoc ordine: I. *Maria ſtaua appreſſo et fora del monumento piangendo. et Reliqua. Omelia Origenis.* Editores italici *Speculi Poenitentiae Jac. Paſſavantii* O. P. non ſemel huic Operi *Homiliam* hanc adjecere, quod videretur ejusdem eſſe interpretis, ut habes in *Paitoni Bibl. degli Aut. antichi volgariz.* T. III. p. 40. At vero Verſio Codicis noſtri alia eſt, ut brevi ſpecimine docebo.

Editio	Codex
Abbiendo a parlare nella preſente ſolennitade agli orecchi della voſtra caritade, dilettiſſimi miei fratelli, ſi mi venne in memoria l'amore, per lo quale la Beata Maria Maddalena, amando Gieſù Criſto ſopr' ogni coſa, andando egli alla Paſſione, ſi 'l ſeguitava, quando i Diſcepoli per paura fuggivano.	*In la preſente ſollempnitate volendo inferire a lorechie de la carita voſtra fratelli kariſſimi parole de deuocione et de amore me occorre como la glorioſa Maria magdalena amando el noſtro ſigniore et ſaluatore Iheſu chriſto Lo ſequitaua andando ala morte per nui peccatori fugendo li diſcipuli.*

Non eſt ad manum Editio *Florentina Paſſavantii* a. 1725. in cujus Praefatione *Job. Bottarius*, teſte *Paitono ſupracit.* alterius Verſionis Homiliae noſtrae, quae *Zenobio Guaſconio* pariter O. P. tribuitur, Specimina protulit. Video tamen ſatis apud *Bandinium Cat. Codd. Bibl. Medic.* T. V. col. 254. neque *Guaſconianam* Verſionem eſſe noſtram; illa enim incipit: *Dovendo parlare, dilettiſſimi fra-*